



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 77. Decretum circa beneficia in commendam data.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

fordidum, atque ibi Crux erigeretur, tan- **Sæcul. XVI.**  
quam habitæ illic pietatis vestigium. **A.C. 1562.**

§. LXXVII.

*Decretum circa beneficia in commen-  
dam data.*

Postmodum agebatur de beneficiis *a Pallav. c. 10.*  
Pontifice in commendam datis; *n. 10. & 11.*  
cum enim ea nonnunquam ab omni in-  
feriori jurisdictione immunia essent, ac  
immunitates, quibus fruebantur, in li-  
centiam quandoque converterentur:  
haud leves exinde abusus oriebantur,  
hinc Synodus huic corruptelæ obviatu-  
ra decrevit, ut commendata ejusmodi  
beneficia, sive sacerdotalis, sive etiam Re-  
gularis essent institutionis, ubi discipli-  
næ observantia non vigeret, ab Episco-  
pis quotannis inviserentur, qui eorum  
etiam fructus ad fabricas reparandas,  
aliaque explenda onera converterent:  
si vero in hujusmodi Sacerdotiis flo-  
reret observantia regularis, admonean-  
tur prius paterne ab Episcopis eorum  
moderatores; si autem sexto post ad-  
monitionem mense illi negligenter se-  
gererent, ac disciplinæ dissolutionem  
irrepere permitterent, tunc insit E-  
piscopis facultas, perinde ac ipsi met  
Regularium Moderatoribus, invisendi  
hæc loca, & Religiosos obstringendi, ut  
ea prætarent, ad quæ præstanda pro-  
prii

Sæcul. XVI. prii instituti legibus compellerentur, ita  
 A. C. 1562. tamen, ut Episcopi hanc potestatem  
 duntaxat tanquam Sedis Apostolice  
 Delegati exerceant.

## §. LXXVIII.

*Decretum circa Quæstores examinatum.*

Pallav. n. 12. Denique Patres transibant ad duodecimum articulum, qui respiciebat emendationem plurium corruptelarum, quæ circa illos irrepserant, qui profitebantur munus promulgandi indulgencias, aliasque Apostolicæ Sedis largitiones ad pietatem spectantes, & colligendi a populis eleemosynas, ut ex iis S. Petri Basilica, variaque templa extruerentur, atque alia pia opera conficerentur: porro in hujusmodi hominum conditionem complures Patrum acriter invehebantur, dicentes: quod hi quæstores hæresi Lutheranæ ansam præbuerint, ac innumerabiles eorum fraudes & exquisitæ technæ essent, quibus a simplici plebis pietate pecuniam emungent, ut omnino proinde aboleri oportet professionem istam, quæ fidem adimebat pietati, cum eam quasi nequitia larvam assumeret. Verum non deerant alii, qui huic sententiæ repugnantes mitius sic responderent: „Tristum eradicari non debet ex eo, quod

,, cum

